



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LXVI. Optimo Theophilo bis bini Euangelicæ veritatis discipuli, &
sanctarum quadrigæ virtutum, fidelium quadriga amicorum plena
charitatis naue trans alpinas aquas dirigit salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

los esse, qui talia egerunt, qualia tibi quotidie diabolus suadet. Ecce heri fecisti voluntatem carnis tuæ; hodie vadis in incendium ignis æterni.

EPISTOLA LXV.

Dilecto amico salutem.

PLACVIT caniciem vestram parua salutationis chartula appellare: sed non paruo charitatis officio: vt sciatis, licet longè positum, vestri tamen habere memoriam, & familiaritatis non obliuisci, quam præsentis suauissima dilectione & consolatione nos inter habuimus, firmam semper inter nos permanere in Christo charitatem: nec quolibet vento falsiloquij destrui; sed solida firmitate inter omnes huius seculi aduersitates immobilem semper consistere. Nostri memor in orationibus tuis semper valet, frater charissime.

EPISTOLA LXVI.

Optimo Theophilo bis bini Euangelicæ veritatis discipuli, & sanctarum quadrigæ virtutum, fidelium quadriga amicorum plena charitatis naue trans alpinas aquas dirigit salutem.

ACCEPIMVS dignitatis vestræ chartam, verè, vt agnouimus, charitatis floribus depictam, ac mellifluis spiritualis iocunditatis sapore refertam. Unde & nos discipuli sanctitatis vestræ in abundantia rorifluis nectaris, quod ex eius gremio pleniter hausimus, refecti, satiati, valde lætati sumus: agnoscentes cœlestem charitatis thesaurum vestro sufficienter recondi in pectore: & affluen-

Q

REGANJ
SII
omg mm
SIV
24

fluentem inde per lata terrarum spatia, flumina salutiferæ doctrinæ emanare, & arida iustitiæ fonte sitientium con-
irrigare: non septigeno Niliaci fluminis gurgite, sed septiformi sancti Spiritus inundantia viuentis aquæ fluente, in-
tam salientia sempiternam: vnde & lucidissima Apostolica
fidei pocula nobis propinare larga pietate studuisti: cum
omni charitatis aueritate accepimus, & cum magis
gratiarum actione potauimus.

Nec vnus paruissimi, & variis motibus vibrantis in-
le spurcitiæ atomi offendimus in eis, sed crySTALLINA pu-
tate micantia, ita vt superni solis radius, nostri cordis
chinos mirabiliter illuminauerit.

Hæc considerauius diligentius, & desiderauimus
dentiùs; legimus sæpiùs, & elegimus semper: & lætifi-
cauimus Dominum, qui solita pietate tale lumen nobis
concessit laboribus. Quapropter intentiùs precamur:
ceat lux tibi à Deo datæ sapientiæ, ex corde charitatis tuæ
per os veritatis tuæ; vt omnis auditor ædificetur, & solus
omnium dator bonorum glorificetur in te, & per te.

Sæpiùs ad nos currat charta exhortationis tuæ: nec
am alpinum frigus, vel viarum asperitas, vel exundatio
minum vllatenus impediatur. Charitas omnia superat;
qua dulcisonum decantauit psalta: Aquæ multæ non
tuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent
lam. Ex abundantia cordis dictando scribat, vt nos ex
ludentia legendi ædificemur.

In calce verò chartulæ huius obsecramus, quod in
pite optamus, quatenus nostræ nauigium vitæ, sanctitatis
vestræ orationibus gubernare digneris. Nam procellarum
secularium negotiorum tempestas huc illucq; nos agit
falsa nos tranquillitate in salo profundissimæ voraginis
mergere quærens. Sed pius omnium gubernator, & be-
man

Cant. 8.

manæ semper amator salutis, tuis, pater venerande, exoratus lacrymis, nos, licet indignos, huius fluctuagi pericula maris euadere faciat: & ad perpetuæ stabilitatis stationem prospero cursu plenis mercedibus peruenire concedat.

*Dextera te Christi semper defendat vbiq,
Protegat, atq, regat, felix tu viue, valeto.*

EPISTOLA LXVII.


Literæ commendatitiæ ad amicos.

Fraternæ dilectionis amicis per diuersas nominum dignitates,

*ALBINVS CONSERVVS IN CHRISTO
vester salutem.*

HIC ET terrarum longinquitas diuersas Christianorum faciat habitationes: tamen sanctæ charitatis societas, sub vno pastore Christo, vnum eos facit esse gregem. In cuius fiducia, vestræ pietati per precatorias nostræ paruitatis literas, hunc missum nomine, illi diligentissimè commendo: vt dilectionis vestræ iuuamine suffultus, faciliùs sanctæ peregrinationis viam peragat, & vestræ bonitatis merces ante oculos omnipotentis Deitaueratur. Qui est via, vita, & veritas, vobis viam vestræ salutis ostendere, & requiem æternæ gloriæ tribuere, & beatissimam vitam concedere dignetur.

Ioan. 14.



L. D. & B. MARIÆ S. Virg.

Q. 2

ED.